

/ Admodum Reverende Pater, Iucundissima mihi fuit recordatio  
 veteris nostrae consuetudinis, quam et literis plenis amoris, et  
 observantiae, et opusculo pleno doctrinae R. Vestra refricavit. De  
 posthumo witachieri non magis labore, quam de aliis eius foetibus:  
 5 cum enim tempus mihi non suppetat, quod et in negotiis gravioribus,  
 et in eiusmodi scriptionibus ponam; malè Ecclesiae mihi commissae,  
 et Summi Pontificis obsequio vacare, quam cum istis hominibus ea-  
 dem saepius replicando contendere. Quia tamen utile est Ecclesiae,  
 ut propter infirmos non desint qui novis libellis novas responsio-  
 10 nes reddant; rogavi Patrem nostrum Generalem, ut curam istam ali-  
 quibus de nostra Societate committat, quod se libenter facturum  
 amplissimis verbis pollicitus est. Quò magis Reverentiae Vestrae  
 obstrictus teneor, quae sponte sua defensionem meam suscepit. Ago  
 igitur ingentes gratias, et meam vicissim operam Reverentiae Ves-  
 15 traе offero, si qua in re utilem sibi fore putaverit. Sanctis pre-  
 cibus, sanctissimisque sacrificiis R.V. me plurimum commendando.

Romae die 30 maii 1605.

R.V.

frater in Christo

<sup>20</sup> Robertus Card. Bellarminus.

Petrus Palmarii.

Archiv. Vatic. MSS Gesuit. 18, fol. 90<sup>V</sup>. Brouillon autogr.  
Fuligatti, Epp. famil. XXXIX.

Palmarius. Vörhány

nata Pátri Wacker.